licto, & ſic vr̃, ꝙ videatur renunciaſſe omni iuri, quod ſibi
cōpetebat in ipſo beneficio, & per conſequens vr̃ ꝙ nedū,
intelligatur renunciaſſe dominio, & proprietati beneficii
tunc, ſed iuri agendi interdicto, vnde vi, ad recuperandum
poſſeſſionem, & maxime cùm interdictū videatur eſſe ſcri
ptum in rem, per ea quæ no. in d.c. veniens. D. Ant. refert ſe
fuiſſe contrarium. D. Pe. de Per. fratri D. Bal. dum repeteret
in hac materia. & dicit ꝙ ſe innoluit in verbis, quod nō ſol-
uebat: ſed ipſe dicit ſolui poſſe, ꝙ renunciando ipſi benefi-
cio poſt ſpoliationem vr̃ renunciari iuri perſonali, quod ha
bet pro recuperanda poſſeſſione per interdictum, vnde vi,
quia ius perſonale non adhæret rei, nec ſequitur rem, l.i.§.
ſi hæres, ff. ad Treb. Et ideo licet quis ꝑdat rē, ſeu iꝰ qđ hēt
in ipſa re, non ſequitur ꝙ debeat perdere ius ad ipſam rē. ſ.
perſonale. nā licet iuri reali poſſit renunciari etiam in ab-
ſentia partis, vt voluit Inn. inf. e.c. veniēs. & facit quod no.
Bar. in l. non ſolum, §. ſi liberationis, ff. de lib. leg. tamen ſe-
cus eſt ī iure perſonali quæſito facto ſuo, quod nō ꝑdit ſim
plici renunciatione facta in abſentia partis, licet per pactū
40 poſſit tolli, vt no. per Bar. in l.i.C. de pa. †Sed aduerte. quia
inquantū dixi, ſupra poſt D. Ant. ꝙ interdictum, vnde vi, ē
in rē ſcriptū; hoc non eſt verū, quia licet regulariter oīa in-
terdicta perſonalia ſint in rem ſcripta. l.i.§.pe. ff. de inter. ta
a men hoc fallit in interdicto, vnde vi,[a] quod eſt mere perſo
nale, & nō in rē ſcriptum, ideo non datur contra alium. qui
ſuccedit in re vitioſa etiam ſcienter, vt le. & no. in l. cū a te,
ff. de vi & vi. ar & infra de reſti. ſpo. c. ad ſedem; & ideo ne-
ceſſarium fuit remedium. c. ſępe, de reſt. ſpo. quod datur cō
41 tra ſuccedentem ſcienter in vitium, vt ibi patet. †Item etiā
aduerte, quia quando renunciatio fit ī manib. eius, ad quē
ſpectat admittere renūciationē, tunc clarum eſt ꝙ tenet re
nunciatio, facit quod habetur ſupra proxi. ca. ſi autem non
fiat in manibus talis habentis admittere renunciationem,
tunc ſecundum opi. gl. & communē de qua inf. e.c. ꝙ in du-
biis. renunciatio tenet quo ad renunciantē, ſed non in præ
b iudicium[b] ſuperiorum, ſi nolunt iſtā habere, ratam, per id
quod habetur in d. c. ꝙ in dubiis, & ſupra c. proxi. Et intel-
lige ꝙ tenet quo ad ipſum renunciantē, quando fit in abſen
tia ſuperioris, quo ad ius reale competēs in beneficio, quia
iuri reali poteſt renunciari etiam in abſentia partis, vt no.
Inn. infra e.c. veniens. & Bart. in d.l. non ſolum. §. ſi libera-
tionis verba. ſed iuri perſonali non poteſt renunciari in ab
c ſentia aduerſarii. ſed in præſentia[c] videtur bene poſſe renū
ciari, quia talis renūciatio debet tunc habere vim pacti, ſe-
cundum not. in d.l.i.C. de pact. & ideo ſicut per pactum pt
renunciari iuri perſonali, ita ēt per renunciationem factam
42 in pręſentia aduerſarii, †Item aduerte, quia ponderanda vi
dentur verba, renunciationis. nam aut quis renunciat iuri
quod habet in beneficio, & tunc videtur renūciare iuri rea
li, nō autem dicitur renunciare perſonali, per quod non di-
citur habere ius in ipſo beneficio, ſed ad ipſum beneficiū,
vt le. & no. in c. fin. de conceſ. præb. lib. 6. & c. antepe. & pe.
eo. ti. & li. ſecus ſi quis renunciaret omni iuri quod habet ī
ipſo beneficio, vel ad ipſum beneficiū, quia tunc videtur re
nunciare, tam iuri reali, q̃ iuri perſonali per ea quæ haben-
tur in dictis iuribus, & quæ no. infra c. veniens. videtur ta-
men ꝙ renunciatio iuris perſonalis. non valeat. ſi fiat in ab
ſentia aduerſarii, per ea q̃ ſuperius dixi. Si autem quis renū
ciauit ſimpliciter beneficio, tunc attenta ſol. huius gl. & ra-
tione quam ſupra dixi. & quā ſenſit gl. inferius, & vt in d.c.
ſolicite, & etiam Inno. hic videtur ꝙ ſi fiat tali tēpore, quo
quis habeat proprietatem, & poſſeſſionem, ꝙ tunc videat,
renunciatum, tam proprietati, quam poſſeſſioni, ſed vbi fit
eo tempore, quo quis non habet poſſeſſionem, tunc videa-
tur renunciatum iuri proprietatis, non autem iuri perſona
li, & expreſſa renunciatio non noceret, ſi fieret in abſentia
43 aduerſarii; per ea quæ dixi, ſupra. † Item aduerte, quia in-
quantum dixi, quod vbi opponitur exceptio ſpontaneę re
nunciationis, ſi dicatur quod ſit facta poſt ſpoliationem, ꝙ
d nō debet admitti[d] videtur fortiter obſtare quod le. & no. in
l. 2. C. quod met cau. & l. pe. ff. de cond. ob turp. cau. vbi pa
e tet, ꝙ ſpontanea ſolutio[e] facta poſt promiſſionem metu, &
ſic turpiter extortam, purgat vitium turpitudinis, & ipſius
metus, & ideo habet obſtare ipſi facienti talem ſpontaneā
ſolutionem, & ſic videtur ꝙ eo. modo. ſi dicatur factam eſſe
ſpontaneam renunciationem poſt ſpoliationem violentā,
videtur ꝙ purgetur vitium præcedentis violentiæ, & ſic vi
detur ꝙ habeat obſtare renunciatio ipſi renūcianti. Soluit
hic Inn. ꝙ renunciatio non eſt hic adeo proxima & vicina
ſpoliationi, ſicut ſolutio promiſſioni. Nam ſolutio eſt execu
tio ipſius promiſſionis, cum tendit ad implementū. Et ideo
nimirum, ſi per illam videtur approbari ipſa promiſſio ex
quo voluntarie quis implet ipſam promiſſionē ſoluēdo, io
tūc dicit purgari metum per talem ſolutionem, & tollit vi-
tium præcedens. Sed renūciatio nihil habet commune cū
ipſa ſpoliatione, nec poteſt dici, ꝙ ſit executio ſpoliationis,
& tunc propter aliam cauſam poſſet fieri renunciatio vide
licet, quia retinebat beneficium contra conſcientiam, vel
quia vult ingredi religionem, & ideo per talē renunciatio-
nem non ſit purgatum vitium pręcedens ſpoliationis; facit
etiam quod habetur. ī l. 4. C. quod me. cau. vbi etiam patet
ꝙ receptio pretii ſpontaneæ facta per illum qui per metum
fuit coactus vendere; non ſemper purgat metum præambu
lum in vēditione adhibitum, quia poteſt eſſe ꝙ receptio ſit
ad cautelam, vt ſit magis cautum ipſi coacto, qui tunc non
habet rem, non autem ex eo, ꝗa vellet approbare ipſam vē
ditionem, vt notab. hic Inno. voluit, & declarat Bar. in d.l.
44 4. †. Item etiam aduerte inquantum dixi ꝙ ſi opponatur ex
ceptio renunciationis de renunciatione facta ante ſpolia-
tionem, ꝙ debet admitti, quia tunc concludit ad poſſeſſio-
nem & proprietatem. nam videtur ꝙ ſi actor replicet de nō
ſpontanea renunciatione, quod tunc ipſe actor audiatur ꝑ
hunc text. Sed in contrarium facit, quia videtur ꝙ etiam ni
hilominus reus, debeat. audiri, licet actor replicet de non
ſpontanea renunciatione, quia etiam dato, ꝙ fuerit renun-
ciatio meticuloſa, & ſic non ſpontanea, tamen voluit poſſeſ
ſionem perdere & proprietatem, quia coacta voluntas, vo-
luntas eſt l. ſi mulier. §. ſi metu, ff. quod met. cau. & ca. me-
rito. 15. q. i. & ſic ſiue fuerit ſpontanea, ſiue meticuloſa, vi-
detur quòd reus excipiens de renūciatione debeat audiri,
cùm talis renunciatio vtroque modo, vel caſu videtur con
cernere poſſeſſionē, & proprietatem, & ſic debeat obſtare,
agenti poſſeſſorio, non obſtante, replicatióne actoris. Sol.
Inno. hic primo, ꝙ reus non poteſt allegare renunciationē
pro ſe, vbi allegetur meticuloſa, quia allegaret turpitudi-
nem ſuam, quod non debet admitti. l. ſi creditoribus, C. de
ſer. pign. da. ma. & facit ꝙ not. infra de donatio ca. inter di-
lectos. Vel ſecundo poteſt dici ſecundū Inno. ꝙ ſi quis renū
ciat per metum beneficio, licet perdat ius proprietatis
ipſius beneficii, ſic tamen non perderet poſſeſſionem; quia
ſecundū eum præſumitur habere animum perdendæ poſ-
ſeſſionis. Vnde dicit multum ſingulariter, ꝙ renunciās, per
metum non perdet poſſeſſionem; licet ſecus ſi quando ſpō-
te

ADDITIONES.

a ¶In interdicto, vnde vi. Tu dic ꝙ iſtud interdictum, vnde vi, non competit reſi
gnanti beneficium ex cauſa permutationis, vt per Rot. dec. 65. in c. permutā-
di, in no. nec cū beneficio concurrit. Ro. dec. 1[illegible] in c. licet, in no. & dec. 145.
in no. Doc. in l. 2. C. de reſc. ven. imo datur ſuper ſpiritualibus quæ non poſſi
dentur, ſed quaſi, ut no. in ca. conqueſtus, ſupra de fo. comp. Card. in cle. j. in
11. oppo. vt lit. non conte. Zac.
¶Circa hoc. An interdictum, vnde vi, competat reſignanti beneficium ex cau-
ſa permutationis, & generaliter cui detur, & contra quem, & quando, & vſq;
quo competat, & de forma libellandi, & articulandi in ait interdicto, vide
per Spe. in ti. de reſt. ſpol. in §. j. & ij. & per Io. An. in ti de per pol. in §. j verſi.
quid ſit, in addit. Spec. & per glo. & Doct. vbi etiam per And. Sic. in c. ſignifica
uerunt, de teſtib. & in c. quia. V. de iudi. & in ſpecie vtrum detur pro ſpiritua-
libus, dicas ꝙ non, vt hic dicitur, quia non poſſidentur, ſed quaſi. Tamen intel
lige verum de interdicto, vnde vi, directo, vtile tamen, vel conditio ob cauſā
bene poteſt dari, per ea quæ habentur in c. quærelam, & ibi per Card. de ele.
Et adde ꝙ tale interdictum, unde vi, non datur pro rebus mobilibus, niſi acce
deret rei immobili, vel alicui iuri incorporali, vt plēne per Inn. in c. cum bo-
næ, de relig. do. & per Io. de Imol. in c. examinata, de iudi. & per Alex. in l. ven
dicatio, ff. de rei. vendi. Ant. Fran.
b ¶No. in præiudicium. Adde do. de Rot. deci. ſuis hoc titulo.
¶Adde pleniſſime per Pau. de Ca. conſi. 213. inci. viſo tenore ſupraſcriptæ bul-
læ, Bar. in l. j. ver. item præbenda, C. de pe. bo. ſupla. lib. 10. glo. in alle. c. quod in
dubiis, Inn. in c. ex inſinuatione, infra de ſimo. Car. in ele. gratiæ. 8. not. de re-
ſcri. & in cle. j. q. 11. de renunc. Zac.
c ¶In præſentia. In præſentia poteſt renunciari ſi pars acceptauerit, alias ſi non
conſtet de acceptatione, nihil operatur; ita vult Saly in l. iubemus, C. de ſi. cau.
not. Fel. in c. ſi cautio; col. 6. de ſi inſtr. Alex. in conſ. 112. inci. Viſo. col. 3. in 3.
vol. & in conſ. 20. inci. in cauſa appellationis, in 4. vol. Seb. Sap.
d ¶Non debet admitti. Adde D. de Ro. deci. ſuis hoc eo. ti. in antiq. vbi dicunt, ꝙ
licet non valeat renunciatio beneficii poſt ſpoliationem, ꝙ tamen valet renū
ciatio petitionis reſtitutionis per actum. & dicit Lap. alle. 24. ꝙ valet renuncia
tio facta poſt ſpoliationem, ſi ante ſpoliationem ſpoliatus procuratorem cō
ſtituerit ad renunciandum.
e ¶Spontanea ſolutio. Illud non procedit quando tempore ſolutionis etiam du-
rabat cauſa metus, ſicut tempore promiſſionis, vt terror Tyranni, vt no. Imol.
in c. cauſam. matrimonii, de offi. dele. Ange. in l. qui in aliena. §. ſi ff. de acqui.
hæred. & [illegible] in l. ſi ob turpem, ff. de condict. ob turp. cau. ubi late
quando ex actu ſequenti purgetur metus.